# PROCESSIONALE

## MONASTICUM

AD USUM

CONGREGATIONIS GALLICÆ

ORDINIS SANCTI BENEDICTI

DOM. S. ALOYS. JERSEIENS. S. J.

SOLESMIS

E TYPOGRAPHEO SANCTI PETRI

M DCCC LXXXVIII.

Digitized by Google

IMPRIMATUR.

Cenomani, die 13 septembris 1887.

L. J. COUPRIS, vic. gen.

Digitized by Google

# DE RITU PROCESSIONUM

PLURIMUM sane sunt Processiones sacræ tum mysticis significationibus tum fructibus pietatis commendabiles.

Primatum inter cæteras illæ merito obtinent quæ sive in Missali sive in Rituali Romano ordinantur.

Antiquitate simul ac dignitate præstant etiam Processiones dominicales, quæ primum in Monasteriis deinde in Ecclesiis sæcularium multis ante Missam Conventualem aut Parochialem celebrari consueverunt; ex eo quod traditum est ac præscriptum a majoribus ut facta in Choro & in Ecclesia adspersione Aquæ benedictæ, Hebdomadarius perlustret ac benedicat Loca regularia, processionaliter comitante Conventu cum Antiphonis, Responsoriis & Hymnis. Quod etiam nunc apud nos observatur, ea tamen ratione ac temperatione ut adspersio Dormitorii & Officinarum Monasterii jam



Digitized by Google

non peragatur durante Processione, nisi in Dominica prima Adventus, sed in cæteris Dominicis totius anni dumtaxat Processio fiat ante Missam, benedictio vero Locorum regularium post Primam ab Hebdomadario, uno tantum comitante Acolytho. Recitantur Orationes consuetæ, reservata tamen ultima *Via Sanctorum,* quæ cantatur ante Altare post reditum Processionis.

Fit etiam ratione Solemnitatis Processio per Claustrum ante Missam majorem in Festis primi & secundi Ordinis.

Præter Processiones prædictas quæ ex ipsius Ecclesiæ dispositione vel ex consuetudine locorum certis diebus fiunt, quædam etiam variis de causis Prælatorum auctoritate interdum indici possunt.

Iis omnibus in hoc Processionali provisum est. Et primo Processionibus Missalis aut Ritualis Romani, quarum integre hic servantur ritus & forma. Quoad Processiones dominicales aut festivas ex usu Ordinis nostri celebrandas, ea præcipue assignantur in eis agenda vel cantanda quæ majores nostri tradiderunt, ita ut nihil nisi de fontibus approbatis sit acceptum.

Singulis Processionibus plerumque adscribitur aliquod

Digitized by Google

Responsorium quod Cantores, dum Cruciger incipit ipse procedere, imponunt, & totus Conventus prosequitur usque ad Versum. Versum ipsi Cantores totum concinunt, post quem Conventus resumit partem ultimam Responsorii. Eodem ritu additur Versus *Gloria Patri*, si necesse fuerit. Si vero Responsorium non sufficiat, tunc repeti potest usque ad Versum, vel aliud cantari de Beata aut etiam Antiphona de eadem, ex iis quæ post Commune Sanctorum apponuntur infra pro diversis temporibus anni. Quando autem duo cantantur Responsoria, ℣. *Gloria Patri* una vice tantum dicitur, potius quidem in posteriore quam in priore. Si dum cantatur ℣. *Gloria Patri,* Processio pervenerit ad sacellum, aut, deficiente sacello, ad imaginem Beatæ Mariæ de Galilæa seu de Claustro, Conventus sistit, ordinatur in duos choros, faciebus ad facies conversis, & se profunde inclinat.

Quando in Processionibus aliquis cantatur Hymnus, Cantores, nisi aliter notetur, dicunt primum versum uniuscujusque strophæ, quam totus Conventus absolvit. Hymnus *Te Deum,* Psalmi, Sequentiæ & Prosæ alternis vicibus concinuntur a Cantoribus & a Conventu.

Digitized by Google

In Sanctorum solemnitatibus quæ nihil habent proprium in isto Processionali, omnia desumenda sunt e Communi.

Antiphona quæ post Responsorium apponitur, cantari debet in reversione Processionis, cum Conventus pervenerit ad ingressum Chori.

Digitized by Google

## AD ADSPERSIONEM

# AQUÆ BENEDICTÆ

## IN DOMINICIS

### EXTRA TEMPUS PASCHALE




Digitized by Google



pi- o, & nunc, & semper, & in sæcu-la sæ-cu-ló-rum.



A- men. Adspér- ges me.

¶ *In Dominica de Passione & in Dominica Palmarum non dicitur* Glória Patri, *sed post Psalmum* Miserére *repetitur immediate Antiphona* Adspérges me.

## TEMPORE PASCHALI

Aña. 8.



V I-DI a-quam egre- di- én-tem de tem-



plo a lá- te-re dex- tro, al-le- lú- ia :



& omnes ad quos pervé-nit a- qua i-sta,



sal- vi fa- cti sunt, & di- cent, alle-lú- ia, al-



le- lú- ia. *Ps.* Confi-témi-ni Dómi-no quó-ni- am

Digitized by Google



bonus : quó-ni- am in sæcu-lum mi-se-ri-cór- di- a



e-jus. Gló-ri- a Patri, & Fí- li- o, & Spi- rí-tu- i San-



cto : Sic- ut e-rat in princí-pi- o, & nunc, & semper,



& in sæcu-la sæcu- ló-rum. Amen. Vi-di.

℣. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam.

*Tempore Paschali additur* Allelúia.

℟. Et salutáre tuum da nobis. *T. P.* Allelúia.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Exaudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus : † & míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cœlis, * qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Digitized by Google

# PRECES CONSUETÆ

## IN LOCIS REGULARIBUS ADSPERGENDIS

### IN INGRESSU CLAUSTRI

Oremus.

Omnipotens & miséricors Deus, qui Sacerdótum ministério ad tibi serviéndum & supplicándum uti dignáris : quæsumus imménsam cleméntiam tuam, ut quidquid modo visitámus, visites, quidquid benedícimus, bene ✝ dícas : sitque ad nostræ humilitátis intróitum, Sanctórum tuórum méritis, fuga dæmonum, & Angeli pacis ingréssus. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

### CIRCA CAPITULUM

Oremus.

Benedic, Dómine Deus omnípotens, locum istum ut sit in eo nobis sánitas, sánctitas & cástitas, virtus, victória & sanctimónia, humílitas, bónitas, mansuetúdo, lénitas, plenitúdo legis, & obediéntia Deo Patri, & Fílio, & Spirítui Sancto, & sit semper benedíctio super hunc locum. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

### CIRCA DORMITORIUM

Oremus.

Benedic, Dómine, hoc famulórum tuórum dormitórium, qui non dormis neque dormítas, qui custódis Israel; fámulos tuos in hac domo quiescéntes post labórem, custódi ab illusiónibus phantasmáticis Sáthanæ, vigilántes in tuis præcéptis mediténtur, dormiéntes te per sopórem séntiant, & hic & ubíque defensiónis tuæ auxílio muniántur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Digitized by Google

## CIRCA INFIRMITORIUM

Oremus.

Omnipotens & misericors Deus, quæsumus imménsam pietátem tuam : ut ad intróitum humilitátis nostræ, his fámulis tuis in hoc habitáculo fessis jacéntibus, salutíferæ visitatiónis tuæ auxílio adésse dignéris : & sicut visitásti Dómine Tobíam & Saram, socrúmque Petri, & púerum Centuriónis, ita & isti sanitáte ánimæ corporísque recépta, gratiárum tibi réferant actiónem. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

## CIRCA REFECTORIUM

Oremus.

Omnipotens & misericors Deus, qui fámulos tuos in hac domo alis refectióne carnáli : præsta quæsumus, ut cibum & potum, te benedicénte, cum gratiárum actióne percípiant, & hic, & in ætérnum per te salvi esse mereántur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

## CIRCA PROMPTUARIUM

℣. Promptuária eórum plena.
℟. Eructántia ex hoc in illud.

Oremus.

Omnipotens & misericors Deus, qui ubíque præsens es : majestátem tuam supplíciter deprecámur, ut huic promptuário grátia tua adésse dignétur, quæ cuncta advérsa ab eo repéllat, & abundántiam benedictiónis tuæ lárgiter infúndat. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

## CIRCA HORREUM

Oremus.

Deus, qui famulántibus tibi mentis & córporis subsídia misericórditer largíris : præsta quæsumus, ut quæ hic tua

Digitized by Google

pietas in usus & necessária córporum famulórum tuórum cóntulit, cleménter abundáre & conservári fácias, ut his extérius uténtes, intérius justítiæ induménto amícti, devóti tibi semper exsístere mereámur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

## IN INTROITU ECCLESIÆ

℣. Fundaménta ejus in móntibus sanctis.

℟. Díligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Jacob.

OREMUS.

DOMINE Jesu Christe, qui intróitum portárum Jerúsalem & valvas sanctificásti, qui splendóre duódecim gemmárum, tótidem Apostolórum nómina præsignásti, & qui per órganum prophéticum prædixísti : Lauda Jerúsalem Dóminum, lauda Deum tuum Sion, quóniam confortávit seras portárum tuárum, benedíxit fíliis tuis in te : te quæsumus, ut ponas in omnes fines templi istíus pacem, ut velóciter currens intérius sermo tuus ádipe fruménti sátiet eos, Spíritus Sanctus deféndat illos, ut nunquam eis nocére præváleat inimícus, sed omnes habitántes & conveniéntes in eo, voce, corde, & ore decántent, dicéntes : Magnus Dóminus noster Jesus Christus, & magna virtus ejus, & sapiéntiæ ejus non est númerus. Qui cum Patre & Spíritu Sancto vivit & regnat in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

## IN REDITU AD CHORUM

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster, *secreto*.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Digitized by Google

## Oremus.

Via Sanctórum ómnium Dómine Jesu Christe, qui ad te veniéntibus ætérnæ claritátis gáudia contulísti : ámbitum templi istíus Spíritus Sancti luce perfúnde : † qui locum istum in honórem S. *N.* consecrásti, præsta quæsumus, * ut omnes istic in te credéntes obtíneant véniam pro delíctis : ab ómnibus liberéntur angústiis : † ímpetrent quidquid petíerint pro necessitátibus suis : placére semper præváleant coram óculis tuis : * quátenus per te, ómnium Sanctórum tuórum intercessiónibus muníti, aulam Paradísi mereántur introíre, Salvátor mundi : Qui cum Patre & Spíritu Sancto vivis & regnas Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Digitized by Google

Digitized by Google

## TONI COMMUNES

# VERSUS *GLORIA PATRI*

### IN RESPONSORIIS




Digitized by Google


Spi-ri- tu- i San- cto.
5.
GLORI- A Pa-tri, & Fi- li- o, & Spi-
ri- tu- i San- cto.
6.
GLO-RI- A Pa-tri, & Fi- li- o, &
Spi- ri- tu- i San- cto.
7.
GLO- RI- A Pa-tri, & Fi- li- o, & Spi-
ri- tu- i San- cto.
8.
GLORI- A Pa-tri, & Fi- li- o, & Spi-
ri- tu- i San- cto.

## TEMPORE PASCHALI

# MODUS CANTANDI *ALLELUIA*

### IN RESPONSORIIS

1.



2.



3.



4.



5.



6.



Digitized by Google

7. 


8. 


## IN ANTIPHONIS

1. & 2. 


3. & 4. 


5. & 6. 


7. & 8. 


Digitized by Google

# PROPRIUM

# DE TEMPORE

## DOMINICA PRIMA ADVENTUS

RESPONSORIUM. 7.






Digitized by Google




Digitized by Google



te portas, prín-ci-pes, ve- stras, & e-le-vámi-ni,



portæ æ-terná-les, & intro- i-bit Rex gló- ri-



æ. ¶ Qui regna-tú-rus. ℣. 4. Gló- ri- a Pa-



tri, & Fí- li- o, & Spi- rí- tu- i San-



ctò. ℟. Adspíci- ens.

Cantores Chorus

PROSA



REGNANTEM sempi-térna Per sæcla susceptú-ra

Cantores Chorus



Cónci- o, devó- te cóncrepa Factó-ri reddéndo dé-bi-ta.

Cantores



Cui jú-bi-lant ágmina cœ-li-ca, e-jus vultu exhi-la-rá-ta.

Digitized by Google




Digitized by Google




Digitized by Google



da hómi-num, ut digne ambu- lémus in occúrsum



il-lí- us; qui- a ecce vé- ni- et, & non tardá-bit.

# DOMINICIS II. III. & IV. ADVENTUS

Responsorium. 7.



MISSUS est Gábri- el An- ge- lus ad



Ma- rí- am Vírgi- nem desponsá- tam Jo-



seph, núnti- ans e- i verbum; & expa- véscit



Virgo de lú- mi-ne : Ne tí- me- as Ma-



rí- a, inve-nísti grá-ti- am apud Dó- mi- num :

Digitized by Google




*In Dominicis II. & III. Antiphona* In advéntu, *ut supra,* 21.
*In Dominica IV. Antiphona* Jam fulget Oriens, *ut infra,* 24.

# IN VIGILIA NATIVITATIS DOMINI

Responsorium. I.




e- rit vo-bís-
cum. ℣. Constántes estó- te, vi-dé-bi- tis auxí- li- um
Dómi- ni super vos. * Cras. Gló-ri- a Pa-
tri, & Fí- li- o, & Spi-rí- tu- i Sancto.
* Cras.
Aña. 5.
JAM fulget O-ri- ens, jam præ- cúrrunt signa,
jam pro- pe est di- es, jam ve-nit Dómi-nus il-lu-
mi-ná- re nos, al-le-lú-ia.

# IN NATIVITATE DOMINI




Digitized by Google




Digitized by Google




Digitized by Google




# IN FESTO SANCTI STEPHANI

## PROTOMARTYRIS

Responsorium. 8.




Digitized by Google


bant. ℣. Cum í-gi- tur saxó-rum cre-pi- tánti- um
túrbine qua-te-ré-tur, inter æthé-re- os aulæ cœ-lé-
stis si- nus di-ví-na e- i clá- ri- tas ful-
sit. * Be- á-tus.
Aliud
℟. 1.
EC- CE jam
co-ram te, Pro-to-már- tyr Sté- phane, supplí-
ci- ter assi-stén-tes te de-vó-te pre- cá- mur : * Ut qui
pro te la-pi- dán- ti-bus De- um depre-cá- tus




Digitized by Google


de-re digné- ris.
Aña. 1.
TU princi-pá-tum te-nes in cho-ro Már-ty-rum,
sí-mi-lis An-ge-lo, qui pro te la-pi-dánti-bus De-um
depre-cá-tus es : be- á-te Stépha-ne, in-ter-cé- de
pro no-bis ad Dómi-num.

# IN FESTO SANCTI JOANNIS

## APOSTOLI ET EVANGELISTÆ



Alii ℣℣. ad libitum.






## IN FESTO SS. INNOCENTIUM MARTYRUM




Digitized by Google




Digitized by Google



tes : ré-so-nat lu-ctus cunctis mátri- bus in excélsis :



gaudet Ecclé-si- a su-per Márty-res in æ-térnum.

## DOMINICA

## INFRA OCTAVAM NATIVITATIS

RESPONSORIUM. I.



REGEM cœ- li, cu- i táli-



a famu-lán-tur ob- séqui- a ! Stá-bu-



lo pó- ni- tur, qui cón- ti- net mun- dum :



* Ja-cet in præ-sé- pi- o, & in cœ- lis



re- gnat. ℣. Na-tus est no-bis hó-di- e Salvá-tor, qui




Digitized by Google



tus e-vá-simus : O fe-lí- ces panni, qui-bus pecca-tó-



rum sor- des ex-térsæ sunt! O præ-sé-pe spléndi-dum,



in quo non so-lum já-cu- it fœ- num a-ni-má-li- um,



sed ci-bus invén-tus est Ange-ló-rum. Al-le-



lú-ia.

## IN CIRCUMCISIONE DOMINI

Responsorium. 2.



SANCTA & imma-cu-lá- ta Vir-



gi-ni- tas, qui-bus te láu- di- bus éf-fe-

Digitized by Google




Digitized by Google

# IN EPIPHANIA DOMINI

RESPONSORIUM. 4.




Digitized by Google


* Et a-pér-tis the-sáuris su- is, obtu-lé- runt
e- i mú-ne- ra, aurum, thus, & myr-
rham. ℣. Stella quam ví-de-rant Ma-gi in O-ri-
énte, ante-ce-dé-bat e- os, usque dum vé-ni- ens
sta-ret supra, u-bi e- rat pu- er. * Et.
Aña. 1.
HODI-E nobis be- á- ta illú-xit so- lém-
ni-tas Tri-ni- tá-tis fi-de compta, lu-cis lu-ce lú-ci-
da, in qua tri-na mundo mi-ra pandúntur mysté- ri- a.
Hó- di- e e- nim de cœ-lo stel-la Christum pró-didit,




*Vel alia Antiphona :* O qualem glóriam, *ut infra,* 44.

## DOMINICA

# INFRA OCTAVAM EPIPHANIÆ




Digitized by Google

Aña. 2.




# IN OCTAVA EPIPHANIÆ

Responsorium. 2.





mi-hi be- ne com- plá-cu- i. ℣. Cœ- li a-



pérti sunt super e- um, & vox Patris intó-



nu- it. * Hic est.

Aña. 8.



BAPTIZAT mi-les regem, servus Dóminum



su-um, Jo-ánnes Salva-tó- rem; aqua Jordá-nis stúpu-



it; colúmba pro-testa-bá- tur; Pa-térna vox audí-ta



est : Hic est Fí- li- us me- us.

## IN DOMINICIS POST EPIPHANIAM

℟. Te Sanctum Dóminum, *ut in Dominicis post Pentecosten.*

Aña. 8.



CHRISTO da-tus est principá-tus & honor re-

Digitized by Google



gni : omnis pópu-lus, tribus & linguæ sérvi- ent e-



i in æ-térnum.

# DOMINICIS

## IN SEPTUAGESIMA, SEXAGESIMA ET QUINQUAGESIMA

RESPONSORIUM. 4.



MEDI-A vi-ta in morte su- mus :



quem quæ-rimus ad-ju- tó-rem, ni- si te Dómi-



ne? qui pro peccá-tis no- stris ju-ste i-rá- sce-



ris : * Sanĉte De- us, Sanĉte for-tis, San-



ĉte mi-sé-ri-cors Salvá- tor, amá-ræ morti ne

Digitized by Google




Digitized by Google



glo-rí-fi-ca te tempó-ri-bus, qui mi-sísti manum tu-am



de alto, & li-be-rásti nos, Salvá-tor no-ster.

# DOMINICA PRIMA QUADRAGESIMÆ

RESPONSORIUM. 2.



EMENDE-MUS in mé- li- us quæ igno-



rán- ter pec- cá-vi- mus; ne sú-bi-to præ-occu-



pá- ti di- e mortis quæ-rámus spá- ti- um pœ-ni-tén-



ti- æ, & inve-ní-re non possí- mus : * Attén-



de Dómi- ne, & mi-se- ré- re, qui- a pec-

Digitized by Google



cá- vi- mus ti- bi. ℣. Ad-ju-va nos De- us sa-



lu- tá-ris no- ster, & propter ho-nó-rem nómi-nis tu- i



Dómi-ne lí- be- ra nos. * Atténde.

Aña. 8.



ADVENERUNT no-bis di- es pœni-ténti- æ, ad



red-iménda peccá- ta, ad salvándas á-nimas.

# DOMINICA II. QUADRAGESIMÆ

Responsorium. 8.



TRI-BULARER, si nescí-rem mi-se-ri-



cór- di- as tu- as Dómi- ne; tu di-xí-sti :



Digitized by Google




Digitized by Google




# DOMINICA III. QUADRAGESIMÆ

RESPONSORIUM. 5.




Digitized by Google




# DOMINICA IV. QUADRAGESIMÆ




Digitized by Google


in di- e Re-surre-cti- ó- nis cum
Dó-mi-no glo- ri- é- mur. ℣. In ómni-
bus exhibe-ámus nosmet- ípsos sic-ut De- i
mi-ní- stros in mul-ta pa- ti- én- ti- a.
* Ut in di- e.
Aña. 1.
PER arma justí-ti- æ virtú-tis De- i com-
mendémus nosmet- ípsos in multa pa- ti- énti- a.

# DOMINICA PASSIONIS

Responsorium. i.






# DOMINICA IN PALMIS

*Completa benedictione, cum Sacerdos incœperit distribuere Ramos, a Choro cantantur sequentes Antiphonæ.*







Digitized by Google



in vi- a, & clamábant dicéntes : Hosánna Fí-li- o Da-



vid : bene-díctus qui venit in nómi-ne Dómi-ni.

*Quæ si non sufficiant, repetantur quousque Ramorum distributio finiatur. Postea fit Processio.*

*Diaconus dicit :*



Pro-cedámus in pa-ce.

*Et Chorus reſpondet :*



In nómi-ne Christi. Amen.

*Deinde cantantur sequentes Antiphonæ, vel omnes vel aliquæ, quousque durat Processio.*

ANTIPHONA. 7 & 8.



CUM appro-pinquá-ret Dó- mi-nus Je-



ro- só- lymam, mi- sit du- os ex discí-pu-lis



su- is, di- cens : I- te in castéllum quod con-




Digitized by Google




Digitized by Google


ventú- rus est in sa-lú- tem pó-pu- li.
Hic est sa-lus nostra, & red-ém-
pti- o Isra- el. Quan-tus est i- ste, cu- i
Thro- ni & Domi-na-ti- ó- nes occúr-runt!
No-li timé-re fí- li- a Si- on : ecce Rex tu- us ve-
nit ti-bi, se- dens su-per pullum á- si- næ,
sic-ut scri- ptum est. Sal- ve Rex, fabri-cá-
tor mun-di, qui ve-ní-sti red-í- me-re nos.
Alia Aña. 8.
A NTE sex di- es so-lémnis Paschæ,


quando ve- nit Dóminus in ci- vi- tá-tem Je- rú-
sa- lem, occurré-runt e- i pú- e- ri : & in má-
ni-bus portábant ramos palmá- rum, & clamábant vo-ce
magna di-céntes : Ho-sánna in
excélsis : be-ne-díctus qui ve-ní-sti in multi-tú- di-
ne mi-se-ri-córdi- æ tu- æ : Ho-sánna
in excélsis.
Alia Aña. 8.
OCCURRUNT turbæ cum fló-ri-bus & palmis
Red-emptó- ri óbvi- am : & victó-ri tri- umphánti di-


gna dant obséqui- a : Fí-li- um De- i o-re gen-tes præ-
di-cant : & in laudem Chri-sti vo-ces to-nant per nú-
bi-la : Ho-sánna in excélsis.
Alia Aña. 7.
CUM Ange-lis & pú- e-ris fi-dé-les inve-ni- á-
mur, tri- umpha-tó-ri mortis clamántes : Ho-sánna in
excélsis.
Alia Aña. 4.
TURBA mul-ta, quæ convé-ne-rat ad di- em fe-
stum, clamá-bat Dómi-no : Be-ne-díctus qui ve-nit in
nómi-ne Dómi-ni : Ho-sánna in excélsis.

*In reversione Processionis, duo vel quatuor cantores intrant in Ecclesiam, & clauso ostio, stantes versa facie ad Processionem, incipiunt* ℣. Glória, laus, *& decantant duos primos versus. Sacerdos vero cum aliis extra Ecclesiam, repetit eosdem. Deinde qui sunt intus, cantant alios versus sequentes, vel omnes vel partem, prout videbitur : & qui sunt extra, ad quoslibet duos versus reſpondent :* Glória, laus, *sicut a principio.*





Plebs Hebræ-a ti- bi cum palmis óbvi- a ve-nit : Cum



pre-ce, vo-to, hymnis ádsumus ecce ti-bi. Glória, laus.



Hi ti-bi passú- ro solvé-bant mú-ni- a laudis : Nos ti-



bi regnán-ti pángimus ecce me-los. Glória, laus.



Hi pla-cu- é-re ti- bi, plá-ce- at de-vó-ti- o nostra : Rex



bo-ne, Rex cle-mens, cu- i bo-na cuncta pla-cent. Glória.

*Postea Processio intrat Ecclesiam, cantando :*

℟. 1.



INGREDI- ENTE Dó-mi-no in sanctam ci-



vi- tá- tem, Hebræ- ó- rum pú- e- ri re-




# FERIA QUINTA IN CŒNA DOMINI

## DUM DEFERTUR SS. SACRAMENTUM

*Hymnus* Pange lingua, *ut infra in festo Corporis Christi.*

# FERIA SEXTA IN PARASCEVE

## DUM REFERTUR SS. SACRAMENTUM




Digitized by Google



sté-ri- um, Quo carne car-nis Cóndi- tor Sus-pén- sus



est pa-tí-bu-lo.

Quo vulnerátus ínsuper
Mucróne diro lánceæ,
Ut nos laváret crímine,
Manávit und*a* & sánguine.

Impleta sunt quæ cóncinit
David fidéli cármine,
Dicens : In natiónibus
Regnávit a ligno Deus.

Arbor decór*a* & fúlgida,
Ornáta Regis púrpura,
Elécta digno stípite
Tam sancta membra tángere.

Beata, cujus bráchiis
Sæcli pepéndit prétium,
Statéra facta córporis,
Prædámque tulit tártari.

O Crux, ave, spes única,
Hoc Passiónis témpore,
Auge piis justítiam,
Reísque dona véniam.

Te summa, Deus, Trínitas,
Colláudet omnis spíritus :
Quos per Crucis mystérium
Salvas, rege per sæcula. Amen.



Digitized by Google

# SABBATO SANCTO

*Eundo ad Fontes cantatur sequens Tractus.*




Digitized by Google




# LITANIÆ

A DUOBUS CANTORIBUS CANTANDÆ,

UTROQUE CHORO IDEM SIMUL RESPONDENTE USQUE AD FINEM





Pa-ter de cœ-lis De- us, mi-se- ré-re no-bis.
Fili Redémptor mundi De- us, mi-se- ré-re no-bis.
Spí-ri-tus Sancte De- us, mi-se- ré-re no-bis.
Sancta Trínitas unus De- us, mi-se- ré-re no-bis.



Sancta Ma- rí- a, o-ra pro no-bis.
Sancta De- i Génitrix, o-ra pro no-bis.
Sancta Virgo vírgĭnum, o-ra pro no-bis.



Sancte Micha- él, o-ra pro no-bis.
Sancte Ga-bri- él, o-ra pro no-bis.
Sancte Rapha- él, o-ra pro no-bis.



Omnes sancti Angeli & Archánge-li, o-rá-te pro no-bis.
Omnes sancti beatórum Spirituum Ordines, oráte.



Sancte Jo- ánnes Baptísta, o-ra pro no-bis.



Sancte Jo-seph, o-ra pro no-bis.



Omnes sancti Patri-árchæ & Prophétæ, o-rá-te pro no-bis.

Digitized by Google



Sancte Petre, o-ra pro no-bis.
Sancte Paule, ora pro nobis.
Sancte Andréa, ora pro nobis.
Sancte Joánnes, ora pro nobis.
Omnes sancti Apóstoli & Evangelístæ, oráte pro nobis.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte pro nobis.
Sancte Stéphane, ora pro nobis.
Sancte Laurénti, ora pro nobis.
Sancte Vincénti, ora pro nobis.
Omnes sancti Mártyres, oráte pro nobis.
Sancte Sylvéster, ora pro nobis.
Sancte Gregóri, ora pro nobis.
Sancte Augustíne, ora pro nobis.
Omnes sancti Pontífices & Confessóres, oráte pro nobis.
Omnes sancti Doctóres, oráte pro nobis.
Sancte Antóni, ora pro nobis.
Sancte Benedícte, ora pro nobis.
Sancte Domínice, ora pro nobis.
Sancte Francísce, ora pro nobis.
Omnes sancti Sacerdótes & Levítæ, oráte pro nobis.
Omnes sancti Mónachi & Eremítæ, oráte pro nobis.
Sancta María Magdaléna, ora pro nobis.
Sancta Agnes, ora pro nobis.
Sancta Cæcília, ora pro nobis.
Sancta Agatha, ora pro nobis.
Sancta Anastásia, ora pro nobis.
Omnes sanctæ Vírgines & Víduæ, oráte pro nobis.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, intercédite pro nobis.



Pro-pí-ti- us esto, parce no-bis Dómi-ne.
Pro-pí-ti- us esto, ex-áudi nos Dómi-ne.
Ab omni malo, lí-be- ra nos Dómi-ne.

Digitized by Google

Ab omni peccáto, líbera nos Dómine.
A morte perpétua, líbera nos Dómine.
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera nos Dómine.
Per Advéntum tuum, líbera nos Dómine.
Per Nativitátem tuam, líbera nos Dómine.
Per Baptísmum & sanctum Jejúnium tuum, líbera nos Dñe.
Per Crucem & Passiónem tuam, líbera nos Dómine.
Per Mortem & Sepultúram tuam, líbera nos Dómine.
Per sanctam Resurrectiónem tuam, líbera nos Dómine.
Per admirábilem Adscensiónem tuam, líbera nos Dómine.
Per advéntum Spíritus Sancti Paráclitì, líbera nos Dómine.
In die judícii, líbera nos Dómine.



Pecca-tó-res, te ro-gámus audi nos.
Ut nobis parcas, te rogámus audi nos.
Ut Ecclésiam tuam sanctam régere & conserváre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut Domnum Apostólicum & omnes Ecclesiásticos Ordines in sancta religióne conserváre dignéris, te rogámus.
Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliáre dignéris, te rogámus.
Ut régibus & princípibus Christiánis pacem & veram concórdiam donáre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio confortáre & conserváre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona retríbuas, te rogámus audi nos.
Ut fructus terræ dare & conserváre dignéris, te rogámus.
Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donáre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut nos exaudíre dignéris, te rogámus audi nos.



Agnus De- i qui tollis peccá-ta mundi, parce no-bis

Digitized by Google



Dómi-ne. Agnus De- i qui tollis peccá-ta mundi, exáu-



di nos Dómi-ne. Agnus De- i qui tollis peccá-ta mundi,



mi-se-ré-re no-bis. Christe audi nos. Christe exáudi nos.

*Hic Cantores solemniter incipiunt* Kyrie eléison, *ut in Graduali.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# DOMINICA RESURRECTIONIS

HYMNUS. 4.

SALVE fe-sta di- es, to-to vene- rá- bi- lis ævo, Qua De- us infér-num vi-cit & astra tenet. *Chorus repetit :* Salve festa dies.

ECCE renascén-tis testá- tur grá-ti- a mundi Omni- a cum Dómi-no dona red-ísse su- o. Salve.

Digitized by Google


NAMQUE tri- umphán-ti post trí-sti- a tárta-ra Chri-sto
Undique fronde nemus, grámi-na flo-re fa-vent. Salve.
QUI cru-ci-fí-xus e-rat De- us, ec-ce per ómni- a regnat;
Dantque Cre- a- tó- ri cunĉta cre- á- ta pre-cem. Salve.
CHRISTE, sa-lus re- rum, bone Cóndi-tor atque Red-émptor,
U-ni-ca pro- gé-ni- es ex De- i-tá-te Patris. Salve.
QUI genus humá-num cernens mersísse pro- fúndo, Ut
hómi-nem e-ri-pe-res, es quoque faĉtus homo. Salve.
FU-NE-RIS exséqui- as pá-te- ris vi-tæ auĉtor & orbis;




Digitized by Google




Digitized by Google



gre-ge de ní-ve- o gáudi- a pastor ha-bet. Salve. Amen.

# FERIIS II. & III. PASCHÆ

## ITEM DOMINICA IN ALBIS

RESPONSORIUM. 2.



CHRISTUS re- súr-gens ex mór- tu- is,



jam non mó-ri- tur : mors il- li ul-



tra non domi-ná- bi- tur : *Quod e-nim mórtu-us est



peccá- to, mór- tu- us est semel; quod au- tem



vi- vit, vi- vit De- o, al- le- lú- ia, al-



le-lú-ia. ℣. Di-cant nunc Ju-dæ- i quó- mo-do mi-




Digitized by Google




Aña. 5.







# DOMINICIS II. III. IV. & V.

## POST PASCHA

Responsorium. 7.













Digitized by Google


lú- ia. ℣. Di- gnus est Agnus qui occí-sus est
accí-pe-re virtú-tem, & di- vi-ni-tá- tem, & sa-pi-
énti- am, & forti- tú-di- nem, & honó-rem, &
gló-ri- am, & be-ne- di-cti- ó- nem. * Al-
le- lú- ia.
Aña. 1.
E- GO sum Alpha & O, pri-mus & no- vís-
simus, In- í-ti- um & Fi-nis, qui ante mundi princí-
pi- um, & in sæcu-lum sæ- cu-li vi- vo in æ- tér-
num, E- go sum vestra red-émpti- o, e-go sum Rex



ve-ster, ego vos re-susci- tá- bo in di- e no- víssimo,



al-le- lú-ia, alle- lú- ia.

# IN LITANIIS MAJORIBUS

## IN FESTO SANCTI MARCI EVANGELISTÆ

# ET IN MINORIBUS

## IN FERIIS ROGATIONUM ANTE ADSCENSIONEM

*Ante Processionem cantatur in choro :*

Aña. 2.



EXSURGE Dómi-ne, ádju-va nos : & lí-be-ra



nos, propter nomen tu- um. *Ps.* De- us áuribus nostris



audí-vimus : pa-tres nostri annunti- a-vé- runt no-bis.



Gló-ri- a Patri. e u o u a e. *Repetitur :* Exsúrge.



Digitized by Google

*Duo Cantores ante Altare majus genuflexi Litanias incipiunt, cœteris eadem voce reſpondentibus.*



KYRI- E e-lé- i-son. *ij*. Christe e-lé- i-son. *ij*.



Ky-ri- e e-lé- i-son. *ij*. Christe audi nos. *ij*. Chri-ste ex-



áudi nos. *ij*.



Pa-ter de cœ-lis De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Fili Redémptor mundi De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Spí-ri-tus Sancte De- us, mi-se-ré-re no-bis.
San-cta Trínitas unus De- us, mi-se-ré-re no-bis.



Sancta Ma-rí- a, o-ra pro no-bis.

*Surgunt omnes & ordinatim procedunt, Litanias proſequentes :*

Sancta Dei Génitrix, ora pro nobis.
Sancta Virgo Vírginum, ora pro nobis.
Sancte Michaél, ora pro nobis.
Sancte Gabriél, ora pro nobis.
Sancte Raphaél, ora pro nobis.
Omnes sancti Angeli & Archángeli, oráte pro nobis.
Omnes sancti beatórum Spiríituum Ordines, oráte pro nobis.
Sancte Joánnes Baptísta, ora pro nobis.

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| Sancte Joseph, | ora pro nobis. |
| Omnes sancti Patriárchæ & Prophétæ, | oráte pro nobis. |
| Sancte Petre, | ora pro nobis. |
| Sancte Paule, | ora pro nobis. |
| Sancte Andréa, | ora pro nobis. |
| Sancte Jacóbe, | ora pro nobis. |
| Sancte Joánnes, | ora pro nobis. |
| Sancte Thoma, | ora pro nobis. |
| Sancte Jacóbe, | ora pro nobis. |
| Sancte Philíppe, | ora pro nobis. |
| Sancte Bartholomæe, | ora pro nobis. |
| Sancte Matthæe, | ora pro nobis. |
| Sancte Simon, | ora pro nobis. |
| Sancte Thaddæe, | ora pro nobis. |
| Sancte Mathía, | ora pro nobis. |
| Sancte Bárnaba, | ora pro nobis. |
| Sancte Luca, | ora pro nobis. |
| Sancte Marce, | ora pro nobis. |
| Omnes sancti Apóstoli & Evangelístæ, | oráte pro nobis. |
| Omnes sancti Discípuli Dómini, | oráte pro nobis. |
| Omnes sancti Innocéntes, | oráte pro nobis. |
| Sancte Stéphane, | ora pro nobis. |
| Sancte Lauréntі, | ora pro nobis. |
| Sancte Vincénti, | ora pro nobis. |
| Sancte Plácide cum sóciis tuis, | ora pro nobis. |
| Sancti Fabiáne & Sebastiáne, | oráte pro nobis. |
| Sancti Joánnes & Paule, | oráte pro nobis. |
| Sancti Cosma & Damiáne, | oráte pro nobis. |
| Sancti Gervási & Protási, | oráte pro nobis. |
| Omnes sancti Mártyres, | oráte pro nobis. |
| Sancte Silvéster, | ora pro nobis. |
| Sancte Gregóri, | ora pro nobis. |
| Sancte Ambrósi, | ora pro nobis. |
| Sancte Augustíne, | ora pro nobis. |
| Sancte Hierónyme, | ora pro nobis. |
| Sancte Martíne, | ora pro nobis. |
| Sancte Nicoláe, | ora pro nobis. |

Digitized by Google

Omnes sancti Pontífices & Confessóres, oráte pro nobis.
Omnes sancti Doctóres, oráte pro nobis.
Sancte Pater Benedícte, ora pro nobis.
Sancte Antóni, ora pro nobis.
Sancte Maure, ora pro nobis.
Sancte Bernárde, ora pro nobis.
Sancte Domínice, ora pro nobis.
Sancte Francísce, ora pro nobis.
Omnes sancti Sacerdótes & Levítæ, oráte pro nobis.
Omnes sancti Mónachi & Eremítæ, oráte pro nobis.
Sancta María Magdaléna, ora pro nobis.
Sancta Agatha, ora pro nobis.
Sancta Lúcia, ora pro nobis.
Sancta Agnes, ora pro nobis.
Sancta Cæcília, ora pro nobis.
Sancta Catharína, ora pro nobis.
Sancta Anastásia, ora pro nobis.
Sancta Scholástica, ora pro nobis.
Omnes sanctæ Vírgines & Víduæ, oráte pro nobis.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, intercédite pro nobis.



Propí- ti- us esto, parce no-bis Dómi-ne.
Propí- ti- us esto, ex-áudi nos Dómi-ne.
Ab omni ma-lo, lí-be- ra nos Dómi-ne.
Ab omni peccáto, líbera nos Dómine.
Ab ira tua, líbera nos Dómine.
A subitánea & improvísa morte, líbera nos Dómine.
Ab insídiis diáboli, líbera nos Dómine.
Ab ira, & ódio, & omni mala voluntáte, líbera nos Dómine.
A spíritu fornicatiónis, líbera nos Dómine.
A fúlgure & tempestáte, líbera nos Dómine.
A flagéllo terræmótus, líbera nos Dómine.
A peste, fame, & bello, líbera nos Dómine.
A morte perpétua, líbera nos Dómine.
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera nos Dómine.

Digitized by Google

Per Advéntum tuum, líbera nos Dómine.
Per Nativitátem tuam, líbera nos Dómine.
Per Baptísmum & sanctum Jejúnium tuum, líbera nos Dñe.
Per Crucem & Passiónem tuam, líbera nos Dómine.
Per Mortem & Sepultúram tuam, líbera nos Dómine.
Per sanctam Resurrectiónem tuam, líbera nos Dómine.
Per admirábilem Adscensiónem tuam, líbera nos Dómine.
Per advéntum Spíritus Sancti Parácliti, líbera nos Dómine.
In die judícii, líbera nos Dómine.



Pecca-tó-res, te rogámus audi nos.
Ut nobis parcas, te rogámus audi nos.
Ut nobis indúlgeas, te rogámus audi nos.
Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignéris, te rogámus.
Ut Ecclésiam tuam sanctam régere & conserváre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut Domnum Apostólicum & omnes Ecclesiásticos Ordines in sancta religióne conserváre dignéris, te rogámus.
Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliáre dignéris, te rogámus.
Ut régibus & princípibus Christiánis pacem & veram concórdiam donáre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut cuncto pópulo Christiáno pacem & unitátem largíri dignéris, te rogámus audi nos.
Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio confortáre & conserváre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut mentes nostras ad cœléstia desidéria érigas, te rogámus.
Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona retríbuas, te rogámus audi nos.
Ut ánimas nostras, fratrum, propinquórum, & benefactórum nostrórum ab ætérna damnatióne erípias, te rogámus.
Ut fructus terræ dare, & conserváre dignéris, te rogámus.
Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donáre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut nos exaudíre dignéris, te rogámus audi nos.
Fili Dei, te rogámus audi nos.

Digitized by Google




Pater noster, *secreto*.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

PSALMUS 69

DEUS in adjutórium meum inténde : * Dómine ad adjuvándum me festína.

Confundántur & revereántur : * qui quærunt ánimam meam.

Avertántur retrórsum & erubéscant : * qui volunt mihi mala.

Avertántur statim erubescéntes : * qui dicunt mihi : Euge, euge.

Digitized by Google

Exsúltent & læténtur in te omnes qui quærunt te : * & dicant semper : Magnificétur Dóminus, qui díligunt salutáre tuum.

Ego vero egénus & pauper sum : * Deus ádjuva me.

Adjútor meus & liberátor meus es tu : * Dómine ne moréris.

Glória Patri. Sicut erat.

℣. Salvos fac servos tuos.

℟. Deus meus sperántes in te.

℣. Esto nobis Dómine turris fortitúdinis.

℟. A fácie inimíci.

℣. Nihil profíciat inimícus in nobis.

℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis.

℣. Dómine non secúndum peccáta nostra fácias nobis.

℟. Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

℣. Orémus pro Pontífice nostro *N.*

℟. Dóminus consérvet eum & vivíficet eum, † & beátum fáciat eum in terra : * & non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

℣. Orémus pro benefactóribus nostris.

℟. Retribúere dignáre Dómine † ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum * vitam ætérnam. Amen.

℣. Orémus pro fidélibus defúnctis.

℟. Réquiem ætérnam dona eis Dómine, * & lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.

℣. Pro frátribus nostris abséntibus.

℟. Salvos fac servos tuos, * Deus meus, sperántes in te.

℣. Mitte eis Dómine auxílium de sancto.

℟. Et de Sion tuére eos.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Digitized by Google

OREMUS. *Oratio*

Deus, cui próprium est miseréri semper & párcere : súscipe deprecatiónem nostram; † ut nos, & omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constríngit, * miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat.

Exaudi, quæsumus Dómine, súpplicum preces, † & confiténtium tibi parce peccátis : * ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benígnus & pacem.

Ineffabilem nobis Dómine misericórdiam tuam cleménter osténde : † ut simul nos & a peccátis ómnibus éxuas, * & a pœnis, quas pro his merémur, erípias.

Deus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris, † preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; * & flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

Omnipotens sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro *N.* † & dírige eum secúndum tuam cleméntiam in viam salútis ætérnæ : * ut te donánte tibi plácita cúpiat, & tota virtúte perfíciat.

Deus, a quo sancta desidéria, recta consília, & justa sunt ópera, † da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem : * ut & corda nostra mandátis tuis dédita, & hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla.

Ure igne Sancti Spíritus renes nostros & cor nostrum Dómine : † ut tibi casto córpore serviámus, * & mundo corde placeámus.

Fidelium Deus ómnium Cónditor & Redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum : † ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, * piis supplicatiónibus consequántur.

Actiones nostras, quæsumus Dómine, adspirándo præveni & adjuvándo proséquere : † ut cuncta nostra orátio & operátio a te semper incípiat, * & per te cœpta finiátur.

Omnipotens sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul & mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide & ópere futúros esse prænóscis : † te súpplices exorá-

Digitized by Google

mus; ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore suscépit, * intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntia, ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum.

℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Exáudiat nos omnípotens & miséricors Dóminus.
℟. Amen.
℣. Et fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

## *CANTUS PROLIXIOR LITANIARUM*




Digitized by Google




Digitized by Google




*Cum fuerit perventum ad Stationem, ubi Missa est celebranda, Litaniis intermissis, cantatur Antiphona cum Versu & Oratione Sancti Patroni illius Ecclesiæ. Post Missam, resumptis Precibus, eodem ordine pergit Processio usque ad Ecclesiam, ubi terminatur cum Versibus & Orationibus præscriptis.*

## AD MISSAM

Introitus. 4.






*Non repetitur* Allelúia.

OFFERTORIUM

6.




Digitized by Google



sánna in excél-sis. Be-nedíctus qui ve-nit in nómine



Dómi-ni : Ho-sánna in excél-sis.



AGNUS De- i, qui tollis peccá-ta mundi, mi-se-



ré-re no-bis. Agnus De- i, qui tollis peccá-ta mundi,



mi-se-ré-re no-bis. Agnus De- i, qui tol-lis peccá-ta mun-



di, dona no-bis pa-cem.

COMMUNIO

1.



PETI-TE, & ac-ci-pi- é- tis : quæ-ri-te, & in-



ve- ni- é- tis : pulsá- te, & a-pe- ri- é-



tur vo- bis : omnis e-nim qui pe- tit, ácci- pit :




# IN ADSCENSIONE DOMINI

Responsorium. 2.






Hymn. I.




Scandens in altum Dóminus,
Sedem recúrrit própriam,
Gavísa sunt cœli regna
Réditu Unigéniti.

Magni triúmphum prœlii,
Mundi perémpto príncipe,
Patris præséntat vúltibus
Victrícis carnis glóriam.

Est elevátus núbibus
Fecítque spem credéntibus,
Et Paradísum áperit,
Quem protoplásti cláuserant.

O grande cunctis gáudium,
Quod partus almæ Vírginis,
Post sputa, flagra, post crucem,
Sedi Patérnæ júngitur.

Agámus ergo grátias
Nostræ salútis víndici,
Nostrum corpus quod véxerit
Sublím*em* ad cœli régiam.

Sit nobis cum cœléstibus
Commúne manens gáudium,
Illis quod semel óbtulit,
Nobísque se non ábstulit.

Nunc, provocátis áctibus,
Christ*um* operíri nos decet,
Vitáque tali vívere,
Quæ possit cœlos scándere.

Glória tibi Dómine,
Qui scandis super sídera,
Cum Patr*e*, & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Digitized by Google

# DOMINICA INFRA OCTAVAM ADSCENSIONIS

RESPONSORIUM. I.






Digitized by Google


Aña. 3.
VADO pa-rá-re vo-bis lo- cum, & í- te-rum
vé-ni- am ad vos, alle- lú-ia, & gaudé-bit cor vestrum,
al-le- lú- ia.

# DOMINICA
# PENTECOSTES

RESPONSORIUM. 3.




Digitized by Google




Digitized by Google




# FERIA II. & III. POST PENTECOSTEN

RESPONSORIUM. 2.



le- lú- ia. ℣. Loque-bán-tur vá-ri- is

linguis Apósto- li magná- li- a De- i.

* Et convénit.

Aña. 1.

CHARITAS De- i diffú-sa est in córdi-bus nostris,

per inha-bi-tán- tem Spí-ri-tum e-jus in no-bis, alle-lú-ia.

# IN FESTO SS. TRINITATIS

RESPONSORIUM. I.



be- á- ta Trí-

ni- tas, te laudámus, te be-ne- di-


ci- mus, te ad-o- rá-mus : au-
ge in no-bis fi-dem, au- ge spem, au-
ge ca- ri- tá- tem : * O
be- á- ta Trí-ni- tas. ℣. Ti-bi laus,
ti- bi gló-ri- a, ti- bi gra-ti- á-rum ácti- o, in sæ-
cu- la sempi- tér- na. * O. Gló- ri- a Pa-tri,
& Fí- li- o, & Spi- rí- tu- i San- cto. * O.
Aña. 5.
SANCTUS, San- ctus, San- ctus Dómi-nus De-




Digitized by Google

IN SOLEMNITATE

# CORPORIS CHRISTI

*Dum Sacerdos discedit ab Altari, Clerus vel Sacerdos cantare incipit :*



Nobis datus, nobis natus
  Ex intácta Vírgine,
  Et in mundo conversátus,
  Sparso verbi sémine,
  Sui moras incolátus
  Miro clausit órdine.
In suprémæ nocte cœnæ
  Recúmbens cum frátribus,
  Observáta lege plene
  Cibis in legálibus,
  Cibum turbæ duodénæ
  Se dat suis mánibus.
Verbum caro, panem verum
  Verbo carnem éfficit :
  Fitque sanguis Christi merum
  Et si sensus déficit,
  Ad firmándum cor sincérum
  Sola fides súfficit.
Tantum ergo Sacraméntum
  Venerémur cérnui :
  Et antíquum documéntum
  Novo cedat rítui :
  Præstet fides suppleméntum
  Sénsuum deféctui.
Genitóri Genitóque
  Laus & jubilátio,
  Salus, honor, virtus quoque
  Sit & benedíctio :
  Procedénti ab utróque
  Compar sit laudátio. Amen.

Hymnus




Noctis recólitur cœna novíssima,
  Qua Christus créditur agnum & ázyma
  Dedísse frátribus, juxta legítima
    Priscis indúlta pátribus.
Post agnum typicum, explétis épulis,
  Corpus Domínicum datum discípulis :
  Sic totum ómnibus, quod totum síngulis,
    Ejus fatémur mánibus.
Dedit fragílibus córporis férculum,
  Dedit & trístibus sánguinis póculum,

Digitized by Google

Dicens : Accípite quod trado vásculum,
Omnes ex eo bíbite.
Sic sacrifícium istud instítuit,
Cujus officium commítti vóluit
Solis Presbyteris, quibus sic cóngruit,
Ut sumant, & dent cæteris.
Panis angélicus fit panis hóminum;
Dat panis cœlicus figúris términum :
O res mirábilis! mandúcat Dóminum
Pauper, servus, & húmilis.
Te trina Déitas únaque póscimus,
Sic nos tu vísita, sicut te cólimus :
Per tuas sémitas duc nos quo téndimus,
Ad lucem, quam inhábitas. Amen.




In mortem a discípulo
Suis tradéndus æmulis,
Prius in vitæ férculo
Se trádidit discípulis.
Quibus sub bina spécie
Carnem dedit & sánguinem;
Ut dúplicis substántiæ
Totum cibáret hóminem.
Se nascens dedit sócium,
Convéscens in edúlium,
Se móriens in prétium,
Se regnans dat in præmium.
O salutáris Hóstia,
Quæ cœli pandis óstium :
Bella premunt hostília,
Da robur, fer auxílium.
Uni trinóque Dómino
Sit sempitérna glória :
Qui vitam sine término
Nobis donet in pátria. Amen.

Digitized by Google




Quæ te vicit cleméntia,
Ut ferres nostra crímina?
Crudélem mortem pátiens,
Ut nos a morte tólleres.

Inférni claustra pénetrans,
Tuos captívos rédimens,
Victor triúmpho nóbili
Ad dextram Patris résidens.

Ipsa te cogat pietas
Ut mala nostra súperes
Parcéndo, & voti cómpotes
Nos tuo vultu sáties.

Tu esto nostrum gáudium,
Qui es futúrus præmium :
Sit nostra in te glória,
Per cuncta semper sæcula.
Amen.




Scandens tribúnal déxteræ
Patris, potéstas ómnium,

Colláta Jesu cœlitus
Quæ non erat humánitus.

Digitized by Google

Ut trina rerum máchina
 Cœléstium, terréstrium,
 Et inferórum cóndita,
 Fleƈtat genu jam súbdita.
Tremunt vidéntes Angeli,
 Versam vicem mortálium :
 Culpat caro, purgat caro,
 Regnat Deus, Dei caro.
Tu esto nostrum gáudium,
 Manens olympo præditum :
 Mundi regis qui fábricam
 Mundána vincens gáudia.
Hinc te precántes quæsumus,
 Ignósce culpis ómnibus,
 Et corda sursum súbleva,
 Ad te supérna grátia.
Ut cum repénte cœperis
 Claróre nube júdicis,
 Pœnas repéllas débitas,
 Reddas corónas pérditas.
Glória tibi Dómine,
 Qui scandis super sídera
 Cum Patre & Sanƈto Spíritu,
 In sempitérna sæcula.
 Amen.

HYMNUS






Digitized by Google




Digitized by Google



Per síngu-los di- es be-ne-dí-cimus te. Et laudámus no-



men tu- um in sæ-cu- lum, & in sæ-cu-lum sæcu- li. Di-



gná-re Dómi-ne di- e i-sto si-ne peccá- to nos custo-



dí-re. Mi-se-ré-re nostri Dómi- ne : mi-se-ré-re nostri.



Fi- at mi-se-ri-córdi- a tu- a Dómi-ne su-per nos : quem-



ádmodum spe-rá- vimus in te. In te Dó-mi-ne spe-



rá- vi : non confúndar in æ-tér- num.

*Canticum* Benedíctus Dóminus Deus Israel.

*Canticum* Magníficat.

*Pro locorum consuetudine, interseri potest, si opus fuerit :*

SEQUENTIA.

7. & 8.



LAUDA Si- on Salva-tó-rem, Lauda ducem & pastó-

Digitized by Google






Digitized by Google



In hac mensa no- vi Re-gis, Novum Pascha no-væ



le-gis Phase ve-tus términ-nat. Ve-tustá- tem nó-vi-tas,



Umbram fu-gat vé-ri-tas, Noctem lux e-lími-nat. Quod



in cœna Christus gessit, Fa-ci-éndum hoc expréssit



In su- i memó-ri- am. Docti sacris insti-tú-tis, Panem,



vi-num in sa-lú-tis Consecrámus hósti- am. Dogma da-



tur Christi- á-nis, Quod in carnem transit pa-nis, Et vi-



num in sánguinem. Quod non ca-pis, quod non vi-des,

Digitized by Google


A-nimó-sa firmat fi-des, Præter re-rum órdi-nem. Sub di-
vérsis spe-ci- é-bus, Signis tantum, & non re-bus, La-tent
res ex-ími- æ. Ca-ro ci-bus, sanguis po-tus : Ma-net ta-
men Christus to-tus Sub utráque spé-ci- e. A suménte
non concí-sus, Non confráctus, non di-ví-sus : Inte-ger
ac-cí-pi-tur. Sumit unus, sumunt mille : Quantum i-sti
tantum il-le : Nec sumptus consúmi-tur. Sumunt bo-ni,
sumunt ma- li : Sorte tamen inæquáli, Vi-tæ vel in-




Digitized by Google




AD BENEDICTIONEM SS. SACRAMENTI

Tantum ergo Sacraméntum, &c. 106.

Genitóri Genitóque, &c. *ibidem.*

*Postea duo Clerici dicant :*

℣. Panem de cœlo præstitísti eis, allelúia.

KYRI- E, e-lé- i-son. Chri- ste, e-lé- i-son.



Digitized by Google




Digitized by Google

## VI


KYRI- E, e-lé- i-son. Chri-ste, e-lé- i-son. Ky-
ri- e, e-lé- i-son. Christe, au-di nos. Christe, exáu-
di nos.
Pa- ter de cœ- lis De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Fi- li Redémptor mundi De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Spí- ri- tus Sancte De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Sancta Trínitas u-nus De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Sancta Ma-rí- a, o- ra pro no-bis.
Sancta De- i Gé-ni-trix, o- ra pro no-bis.
Sancta Virgo Vírgi-num, ora pro nobis. &c.



Agnus De- i, qui tol-lis peccá- ta mundi,
Agnus De- i, qui tol-lis peccá- ta mundi,
Agnus De- i, qui tol-lis peccá- ta mundi,



parce no- bis Dómine.
ex-áu- di nos Dómine.
mi-se- ré-re no-bis.

¶ *In fine Litaniarum, cantari solet etiam Antiphona sequens.*

Aña. 7.



SUB tu- um præ-sí-di- um confúgimus, san-cta



De- i Gé-nitrix: nostras depre-ca- ti- ónes ne des-pí- ci- as



in ne- cessi-tá-tibus : sed a per-i-cu-lis cunctis libe-



ra nos semper, Virgo glo-ri-ó- sa & be- ne- dicta.

# HYMNUS

## DE BEATA MARIA VIRGINE




Sumens illud Ave,
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.

Virgo singuláris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solútos,
Mites fac & castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut vidéntes Jesum,
Semper collætémur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spirítui Sancto,
Tribus honor unus. Amen.

Digitized by Google

# ANTIPHONÆ

## IN CORONA BEATÆ MARIÆ VIRGINIS

## SINGULÆ ANTE SINGULAS DECADES CANTANDÆ

## DE MYSTERIIS SS. ROSARII

### *MYSTERIA GAUDIOSA*

### 1. ANNUNTIATIO




### 2. VISITATIO




Digitized by Google

### 3. NATIVITAS DOMINI




### 4. PURIFICATIO B. M. V.




### 5. INVENTIO JESU IN TEMPLO



## *MYSTERIA DOLOROSA*

### 1. AGONIA IN HORTO




### 2. FLAGELLATIO




### 3. IMPOSITIO CORONÆ SPINEÆ




### 4. BAJULATIO CRUCIS





e- um.

5. CRUCIFIXIO

8.



POSTQUAM ve-né-runt in Calvá-ri-æ lo-cum, i-



bi cru-ci-fi-xé-runt e- um : sta-bat au-tem juxta Cru-cem



Je-su Ma- ter e- jus.

---

## *MYSTERIA GLORIOSA*

1. RESURRECTIO

7.



LÆTARE, Vir- go Ma-ter, alle- lú- ia : sur-ré-xit



Chri- stus de sepúlchro, al-le- lú- ia.

*Post Septuagesimam.*

7.



LÆTA-RE, Vir-go Ma-ter : surré-xit Chri- stus

Digitized by Google



de se-púlchro.

## 2. ADSCENSIO

4.



A DSCENDIT De- us in ju-bi-la-ti- óne : & Dó-



minus * in vo-ce tu-bæ, alle-lú- ia. *Post Septuag.* * in



vo-ce tubæ.

## 3. PENTECOSTES

8.



A P-PARU- E-RUNT Apósto-lis disperti-tæ linguæ



tamquam i- gnis, se-ditque supra síngu- los e- ó-rum



Spí- ri-tus * Sanctus, alle-lú- ia. *Post Septuag.* * Sanctus.

## 4. ASSUMPTIO B. M. V.

1.



P A-RA- DI-SI por-ta per Hevam cunctis clausa



est, & per Ma-rí- am Vírginem í-te- rum * pa-te- fácta



est, alle- lú-ia. *Post Septuag.* * pa-te- fácta est.

5. IMPOSITIO DIADEMATIS B. VIRGINI

7. 

MA-RI- A Virgo, semper læta-re, quæ me-ru- ísti



Chri-stum portá-re; qui & in cœ-lis te co-ro-návit, &



super choros Ange-ló-rum te glo-ri- fi-cá-vit.

*Post Litanias, dicitur :*

℣. Dignáre me laudáre te, Vírgo sacráta.
℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

OREMUS.

DEUS, cujus Unigénitus per vitam, mortem & resurrectiónem suam nobis salútis ætérnæ præmia comparávit : † concéde quæsumus, ut hæc mystéria sanctíssimo beátæ Maríæ Vírginis Rosário recoléntes, * & imitémur quod cóntinent, & quod promíttunt assequámur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Digitized by Google

# PROCESSIONES

## PRO VARIIS NECESSITATIBUS PUBLICIS

### JUXTA RITUALE ROMANUM

---

# DE PROCESSIONE

## AD PETENDAM PLUVIAM

*Aguntur omnia ut supra in Litaniis majoribus,* 81, *usque ad finem Litaniarum, in quarum precibus bis dicitur :*

Ut congruéntem plúviam Fidélibus tuis concédere dignéris : Te rogámus, audi nos.

*In fine Sacerdos cum Choro genufleƈtens dicit alta voce :*

Pater noster, *secreto.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.

PSALMUS 146

LAUDATE Dóminum, quóniam bonus est psalmus : * Deo nostro sit jucúnda decoráque laudátio.

Ædíficans Jerúsalem Dóminus : * dispersiónes Israélis congregábit.

Qui sanat contrítos corde : * & álligat contritiónes eórum.

Qui númerat multitúdinem stellárum : * & ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster & magna virtus ejus : * & sapiéntiæ ejus non est númerus.

Suscípiens mansuétos Dóminus : * humílians autem peccatóres usque ad terram.

Digitized by Google

Præcínite Dómino in confessióne : * psállite Deo nostro in cíthara.

Qui óperit cœlum núbibus : * & parat terræ plúviam.

Qui prodúcit in móntibus fœnum : * & herbam servitúti hóminum.

Qui dat juméntis escam ipsórum : * & pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit: * nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum est Dómino super timéntes eum : * & in eis qui sperant super misericórdia ejus.

Glória Patri & Fílio, &c. Sicut erat, &c.

*Quo finito, dicantur sequentes preces a Sacerdote, Choro respondente.*

℣. Operi, Dómine, cœlum núbibus.
℟. Et para terræ plúviam.
℣. Ut prodúcat in móntibus fœnum.
℟. Et herbam servitúti hóminum.
℣. Riga montes de superióribus tuis.
℟. Et de fructu óperum tuórum satiábitur terra.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DEUS, in quo vívimus, movémur & sumus : † plúviam nobis tríbue congruéntem; * ut præséntibus auxíliis sufficiénter adjúti, sempitérna fiduciáliter appetámus.

PRÆSTA, quæsumus, omnípotens Deus : † ut qui in afflictióne nostra de tua pietáte confídimus; * contra advérsa ómnia tua semper protectióne muniámur.

DA nobis, quæsumus Dómine, plúviam salutárem; * & áridam terræ fáciem fluéntis cœléstibus dignánter infúnde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium

Digitized by Google

tuum, † qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino.
℟. Deo grátias.
℣. Exáudiat nos omnípotens & mísericors Dóminus.
℟. Amen.
℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

# PROCESSIO

## AD POSTULANDAM SERENITATEM

*Omnia fiant ut supra in Litaniis majoribus,* 81, *& in Litaniarum precibus bis dicatur :*

Ut Fidélibus tuis áeris serenitátem concédere dignéris : Te rogámus, audi nos.

*Ad finem obsecrationum, dicitur :*

Pater noster, *secreto.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.

### Psalmus 66

Deus misereátur nostri & benedícat nobis : * illúminet vultum suum super nos & misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam : * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli, Deus : * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur & exsúltent gentes; † quóniam júdicas pópulos in æquitáte : * & gentes in terra dírigis.

Digitized by Google

Confiteántur tibi pópuli, Deus : † confiteántur tibi pópuli omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus; * & métuant eum omnes fines terræ.

Glória Patri, &c.

Sicut erat in princípio, &c.

℣. Adduxísti, Dómine, spíritum tuum super terram.
℟. Et prohíbitæ sunt plúviæ de cœlo.
℣. Cum obdúxero núbibus cœlum.
℟. Apparébit arcus meus, & recordábor fœderis mei.
℣. Illústra fáciem tuam, Dómine, super servos tuos.
℟. Et bénedic sperántes in te.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris : † preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; * & flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

AD te nos, Dómine, clamántes exáudi : † & áeris serenitátem nobis tríbue supplicántibus; * ut qui juste pro peccátis nostris afflígimur, misericórdia tua præveniénte, cleméntiam sentiámus.

QUÆSUMUS, omnípotens Deus, cleméntiam tuam : † ut inundántiam coérceas ímbrium ; * & hilaritátem vultus tui nobis impertíri dignéris. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, † qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Digitized by Google

# PRECES

## AD REPELLENDAM TEMPESTATEM

*Pulsentur campanæ, & qui adesse possunt in Ecclesiam convocatis, dicuntur Litaniæ ordinariæ, ut supra,* 81, *in quibus bis dicitur :* A fúlgure & tempestáte, &c. ; *& post Litanias Orationemque Dominicam dicitur :*

PSALMUS 147

LAUDA Jerúsalem Dóminum : * lauda Deum tuum Sion.
Quóniam confortávit seras portárum tuárum : * benedíxit fíliis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem : * & ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terræ : * velóciter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam : * nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit crystállum suam sicut buccéllas : * ante fáciem frigoris ejus quis sustinébit ?

Emíttet verbum suum, & liquefáciet ea : * flabit spíritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum suum Jacob : * justítias & judícia sua Israel.

Non fecit táliter omni natióni : * & judícia sua non manifestávit eis.

Glória Patri, &c.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.
℟. Et salutáre tuum da nobis.
℣. Adjuva nos, Deus salutáris noster.
℟. Et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos.

Digitized by Google

℣. Nihil profíciat inimícus in nobis.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis.
℣. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos.
℟. Quemádmodum sperávimus in te.
℣. Salvum fac pópulum tuum, Dómine.
℟. Et bénedic hæreditáti tuæ.
℣. Non privábis bonis eos qui ámbulant in innocéntia.
℟. Dómine Deus virtútum, beátus homo qui sperat in te.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris : † preces pópuli tui supplicántis propítius réspice ; * & flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

A DOMO tua, quæsumus Dómine, spirituáles nequítiæ repellántur ; * & aereárum discédat malígnitas tempestátum.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, parce metuéntibus, propitiáre supplícibus : † ut post nóxios ignes núbium & vim procellárum, * in matériam tránseat laudis comminátio tempestátum.

DOMINE Jesu, qui imperásti ventis & mari, & facta fuit tranquíllitas magna : † exáudi preces famíliæ tuæ ; * & præsta ut hoc signo sanctæ Cru ✠ cis omnis discédat sævítia tempestátum.

OMNIPOTENS & misericors Deus, qui nos & castigándo sanas, & ignoscéndo consérvas : † præsta supplícibus tuis, ut & tranquillitátibus hujus optátæ consolatiónis lætémur ; * & dono tuæ pietátis semper utámur. Per Dóminum nostrum.

*Adspergatur Aqua benedicta.*



Digitized by Google

# PRECES

## DICENDÆ TEMPORE PENURIÆ ET FAMIS

*Aguntur omnia, ut supra in Litaniis majoribus,* 81, *usque ad finem Litaniarum, in quarum precibus bis dicitur :*

Ut fructus terræ dare & conserváre dignéris : Te rogámus.

*Post Litanias dicitur* : Pater noster. ℣. Et ne nos indúcas.

PSALMUS 22

DOMINUS regit me, & nihil mihi déerit : * in loco páscuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me : * ánimam meam convértit.

Dedúxit me super sémitas justítiæ : * propter nomen suum.

Nam & si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala : * quóniam tu mecum es.

Virga tua & báculus tuus, * ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam : * advérsus eos qui tríbulant me.

Impinguásti in óleo caput meum : * & calix meus inébrians quam præclárus est!

Et misericórdia tua subsequétur me, * ómnibus diébus vitæ meæ.

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum. Glória Patri, &c.

℣. Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis.
℟. Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.
℣. Oculi ómnium in te sperant, Dómine.
℟. Et tu das illis escam in témpore opportúno.
℣. Meménto congregatiónis tuæ.
℟. Quam possedísti ab inítio.
℣. Dóminus dabit benignitátem.
℟. Et terra nostra dabit fructum suum.

Digitized by Google

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

INEFFABILEM nobis, Dómine, misericórdiam tuam cleménter osténde : † ut simul nos & a peccátis ómnibus éxuas ; * & a pœnis quas pro his merémur, erípias.

DA nobis, quæsumus Dómine, piæ supplicatiónis effé&#1;ctum : † & famem propitiátus avérte ; * ut mortálium corda cognóscant & te indignánte tália flagélla prodíre, & te miseránte cessáre.

POPULUM tibi súbditum pro peccátis suis fame laborántem, † ad te, Dómine, convérte propítius : * qui quæréntibus regnum tuum ómnia adjiciénda esse dixísti. Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c. ℟. Amen.

# PROCESSIO

## TEMPORE MORTALITATIS ET PESTIS

*Fiat ut supra in Litaniis majoribus*, 81, *& in Litaniarum precibus dicatur bis :*

A peste & fame : Líbera nos, Dómine.

*Et infra suo loco :*

Ut a pestiléntiæ flagéllo nos liberáre dignéris : Te rogámus.

*In fine dicitur :* Pater noster. ℣. Et ne nos indúcas.

PSALMUS 6

DOMINE, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Miserére mei, Dómine, quóniam infírmus sum : * sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Digitized by Google

Et ánima mea turbáta est valde : * sed tu Dómine úsquequo?

Convértere, Dómine, & éripe ánimam meam : * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui : * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo ; † lavábo per síngulas noctes lectum meum : * lácrymis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est a furóre óculus meus : * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite a me omnes qui operámini iniquitátem : * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam : * Dóminus oratiónem meam suscépit.

Erubéscant & conturbéntur veheménter omnes inimíci mei : * convertántur & erubéscant valde velóciter.

Glória Patri, &c.

℣. Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis.
℟. Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.
℣. Adjuva nos, Deus salutáris noster.
℟. Et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos.
℣. Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum.
℟. Cito antícipent nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis.
℣. Ora pro nobis, sancte Sebastiáne.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

## Oremus.

Exaudi nos, Deus salutáris noster : † & intercedénte beáta & gloriósa Dei Genitríce María semper Vírgine, & beáto Sebastiáno Mártyre tuo, & ómnibus Sanctis, * pó-

Digitized by Google

pulum tuum ab iracúndiæ tuæ terróribus líbera, & misericórdiæ tuæ fac largitáte secúrum.

PROPITIARE, Dómine, supplicatiónibus nostris : † & animárum & córporum medére languóribus : * ut remissióne percépta, in tua semper benedictióne lætémur.

DA nobis, quæsumus Dómine, piæ petitiónis efféctum : † & pestiléntiam mortalitatémque propitiátus avérte; * ut mortálium corda cognóscant a te indignánte tália flagélla prodíre, & te miseránte cessáre. Per Dóminum nostrum, &c.

# PRECES DICENDÆ IN LITANIIS

## TEMPORE BELLI

*Peractis omnibus ut supra in Litaniis majoribus*, 81, *ad finem Litaniarum dicitur :* Pater noster.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

### PSALMUS 45

DEUS noster refúgium & vírtus : * adjútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus, dum turbábitur terra : * & transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt & turbátæ sunt aquæ eórum : * conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei : * sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus, non commovébitur : * adjuvábit eam Deus mane dilúculo.

Conturbátæ sunt gentes, & inclináta sunt regna : * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobíscum : * suscéptor noster Deus Jacob.

Digitized by Google

Venite, & vidéte ópera Dómini, quæ pósuit prodígia super terram : * áuferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confringet arma : * & scuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniam ego sum Deus : * exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíscum : * suscéptor noster Deus Jacob. Glória Patri, &c.

℣. Exsúrge, Dómine, ádjuva nos.
℟. Et líbera nos propter nomen tuum.
℣. Salvum fac pópulum tuum, Dómine.
℟. Deus meus, sperántem in te.
℣. Fiat pax in virtúte tua.
℟. Et abundántia in túrribus tuis.
℣. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Arcum cónteret & confringet arma.
℟. Et scuta combúret igni.
℣. Mitte nobis, Dómine, auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére nos.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui cónteris bella, & impugnatóres in te sperántium poténtia tuæ defensiónis expúgnas : † auxiliáre fámulis tuis implorántibus misericórdiam tuam; * ut inimicórum suórum feritáte depréssa, incessábili te gratiárum actióne laudémus.

Deus, a quo sancta desidéria, recta consília, & justa sunt ópera : † da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; * ut & corda nostra mandátis tuis dédita, & hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla.

Digitized by Google

Hostium nostrórum, quæsumus, Dómine, elíde supérbiam : * & eórum contumáciam déxteræ tuæ virtúte prostérne. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, &c.

¶ *Si vero bellum est contra Turcas & alios infideles, vel hæreticos, inter preces Litaniarum bis dicatur :*

Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliáre dignéris : Te rogámus, audi nos.

*Et addatur :*

Ut Turcárum (*vel* hæreticórum) conátus reprímere & ad níhilum redígere dignéris : Te rogámus, audi nos.

*Et dicto* Pater noster, *dicatur :*

PSALMUS 78

Deus, venérunt gentes in hæreditátem tuam ; † polluérunt templum sanctum tuum : * posuérunt Jerúsalem in pomórum custódiam.

Posuérunt morticína servórum tuórum escas volatílibus cœli : * carnes sanctórum tuórum béstiis terræ.

Effudérunt sánguinem eórum tamquam aquam in circúitu Jerúsalem : * & non erat qui sepelíret.

Facti sumus oppróbrium vicínis nostris : * subsannátio & illúsio his, qui in circúitu nostro sunt.

Usquequo, Dómine, irascéris in finem ? * accendétur velut ignis zelus tuus?

Effúnde iram tuam in gentes quæ te non novérunt : * & in regna quæ nomen tuum non invocavérunt.

Quia comedérunt Jacob : * & locum ejus desolavérunt

Ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum ; † cito antícipent nos misericórdiæ tuæ : * quia páuperes facti sumus nimis.

Adjuva nos Deus salutáris noster; † & propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos : * & propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum.

Ne forte dicant in géntibus : Ubi est Deus eórum ? * & innotéscat in natiónibus coram óculis nostris.

Ultio sánguinis servórum tuórum, qui effúsus est : * introëat in conspéctu tuo gémitus compeditórum.

Digitized by Google

Secúndum magnitúdinem bráchii tui, * pósside filios mortificatórum.

Ed redde vicínis nostris séptuplum in sinu eórum : * impropérium ipsórum, quod exprobravérunt tibi, Dómine.

Nos autem pópulus tuus, & oves páscuæ tuæ, * confitébimur tibi in sæculum.

In generatiónem & generatiónem, * annuntiábimus laudem tuam. Glória Patri, &c.

℣. Salvos fac servos tuos.
℟. Deus meus, sperántes in te.
℣. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Nihil profíciat inimícus in nobis.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis.
℣. Hóstium nóminis tui, Dómine, elíde supérbiam.
℟. Et eórum contumáciam déxteræ tuæ virtúte prostérne.
℣. Fiant tamquam pulvis ante fáciem venti.
℟. Et Angelus Dómini persequátur eos.
℣. Effúnde iram tuam in gentes quæ te non novérunt.
℟. Et in regna quæ nomen tuum non invocavérunt.
℣. Mitte nobis, Dómine, auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére nos.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DA, quæsumus, Ecclésiæ tuæ, miséricors Deus : † ut Sancto Spíritu congregáta, * hostíli nullátenus incursióne turbétur.

DEUS, qui culpa offénderis, pœniténtia plácaris : † preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; * & flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, in cujus manu sunt ómnium potestátes, & ómnium jura regnórum : † réspice in auxílium Christianórum; * ut gentes Turcárum (*vel*

Digitized by Google

hæreticórum), quæ in sua feritáte confídunt, déxteræ tuæ poténtia conterántur. Per Dóminum nostrum, &c. ℟. Amen.

℣. Exáudiat nos Dóminus. ℟. Amen.

# PROCESSIO

## IN QUACUMQUE TRIBULATIONE

*Servatis omnibus ut supra in Litaniis majoribus,* 81, *finitisque Litaniis, dicitur :* Pater noster.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

*Deinde dicitur Ps.* Exáudiat te Dóminus, *ut supra,* 202.

### Psalmus 90

Qui hábitat in adjutório Altíssimi, * in protectióne Dei cœli commorábitur.

Dicet Dómino : Suscéptor meus es tu & refúgium meum : * Deus meus, sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium : * & a verbo áspero.

Scápulis suis obumbrábit tibi : * & sub pennis ejus sperábis.

Scuto circúmdabit te véritas ejus : * non timébis a timóre noctúrno.

A sagitta voláante in die, † a negótio perambulánte in ténebris : * ab incúrsu & dæmónio meridiáno.

Cadent a látere tuo mille; † & decem míllia a dextris tuis : * ad te autem non appropinquábit.

Verúmtamen óculis tuis considerábis : * & retributiónem peccatórum vidébis.

Quóniam tu es, Dómine, spes mea : * Altíssimum posuísti refúgium tuum.

Non accédet ad te malum : * & flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Digitized by Google

Quóniam Angelis suis mandávit de te : * ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te : * ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum.

Super áspidem & basilíscum ambulábis : * & conculcábis leónem & dracónem.

Quóniam in me sperávit, liberábo eum : * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, & ego exáudiam eum : † cum ipso sum in tribulatióne : * erípiam eum, & glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum : * & osténdam illi salutáre meum. Glória Patri, &c.

*Quo finito, dicitur :*

℣. Deus, refúgium nostrum & virtus.
℟. Adjútor in tribulatiónibus.
℣. Salvos fac servos tuos, Dómine.
℟. Deus meus, sperántes in te.
℣. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortális.
℟. Miserére nobis.
℣. Adjuva nos, Deus salutáris noster.
℟. Et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Ne despícias, omnípotens Deus, † pópulum tuum in afflictióne clamántem ; * sed propter glóriam nóminis tui, tribulátis succúrre placátus.

Ineffabilem misericórdiam tuam, Dómine, nobis cleménter osténde : † ut simul nos & a peccátis ómnibus éxuas ; * & a pœnis, quas pro his merémur, erípias.

Concede nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis & córporis sanitáte gaudére : † & gló-

Digitized by Google

riósa beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, * a præsénti liberári tristítia, & ætérna pérfrui lætítia.

TRIBULATIONEM nostram, quæsumus Dómine, propítius réspice : * & iram tuæ indignatiónis, quam juste merémur, avérte.

DEUS, refúgium nostrum & virtus, adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietátis : † & præsta, ut quod fidéliter pétimus, * efficáciter consequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte, &c. ℟. Amen.

# PRECES DICENDÆ

## IN PROCESSIONE PRO GRATIARUM ACTIONE

*Initio Processionis cantatur Hymnus* Te Deum, *ut supra,* 109.

*Deinde dici poterunt Psalmi qui sequuntur, prout tempus feret.*

### PSALMUS 65

JUBILATE Deo, omnis terra; † psalmum dícite nómini ejus : * date glóriam laudi ejus.

Dícite Deo : Quam terribília sunt ópera tua, Dómine! * in multitúdine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, & psallat tibi : * psalmum dicat nómini tuo.

Veníte & vidéte ópera Dei : * terríbilis in consíliis super fílios hóminum.

Qui convértit mare in áridam, † in flúmine pertransíbunt pede : * ibi lætábimur in ipso.

Qui dominátur in virtúte sua in ætérnum; † óculi ejus super gentes respíciunt : * qui exásperant, non exalténtur in semetípsis.

Benedícite gentes Deum nostrum : * & audítam fácite vocem laudis ejus.

Qui pósuit ánimam meam ad vitam : * & non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probásti nos, Deus : * igne nos examinásti, sicut examinátur argéntum.

Induxísti nos in láqueum, †

Digitized by Google

posuísti tribulatiónes in dorso nostro : * imposuísti hómines super cápita nostra.

Transívimus per ignem & aquam : * & eduxísti nos in refrigérium.

Introíbo in domum tuam in holocáustis : * reddam tibi vota mea, quæ distinxérunt lábia mea.

Et locútum est os meum, * in tribulatióne mea.

Holocáusta medulláta ófferam tibi cum incénso aríetum : * ófferam tibi boves cum hircis.

Veníte, audíte, & narrábo, omnes qui timétis Deum : * quanta fecit ánimæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamávi : * & exaltávi sub lingua mea.

Iniquitátem si adspéxi in corde meo : * non exáudiet Dóminus.

Proptérea exaudívit Deus : * & atténdit voci deprecatiónis meæ.

Benedíctus Deus : * qui non amóvit oratiónem meam, & misericórdiam suam a me.

Glória Patri, &c.

PSALMUS 80

EXSULTATE Deo adjutóri nostro : * jubiláte Deo Jacob.

Súmite psalmum, & date tympanum : * psaltérium jucúndum cum cíthara.

Buccináte in neoménia tuba : * in insígni die solemnitátis vestræ.

Quia præcéptum in Israel est : * & judícium Deo Jacob.

Testimónium in Joseph pósuit illud, cum exíret de terra Ægypti : * linguam, quam non nóverat, audívit.

Divértit ab onéribus dorsum ejus : * manus ejus in cóphino serviérunt.

In tribulatióne invocásti me, & liberávi te ; † exaudívi te in abscóndito tempestátis : * probávi te apud aquam contradictiónis.

Audi pópulus meus, & contestábor te ; † Israel, si audíeris me, non erit in te Deus recens : * neque adorábis Deum aliénum.

Ego enim sum Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de terra Ægypti : * diláta os tuum, & implébo illud.

Et non audívit pópulus meus vocem meam : * & Israel non inténdit mihi.

Et dimísi eos secúndum desidéria cordis eórum : * ibunt in adinventiónibus suis.

Si pópulus meus audísset me : * Israel si in viis meis ambulásset.

Pro níhilo fórsitan inimícos eórum humiliássem : * & super tribulántes eos misíssem manum meam.

Inimíci Dómini mentíti sunt ei : * & erit tempus eórum in sæcula.

Et cibávit eos ex ádipe fruménti : * & de petra melle saturávit eos.

Glória Patri, &c.

Digitized by Google

### Psalmus 95

Cantate Dómino cánticum novum : * cantáte Dómino omnis terra.

Cantáte Dómino, & benedícite nómini ejus : * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus : * in ómnibus pópulis mirabília ejus.

Quóniam magnus Dóminus & laudábilis nimis : * terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii géntium dæmónia : * Dóminus autem cœlos fecit.

Conféssio & pulchritúdo in conspéctu ejus : * sanctimónia & magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino, pátriæ géntium, † afférte Dómino glóriam & honórem : * afférte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, & introíte in átria ejus : * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveátur a fácie ejus univérsa terra : * dícite in géntibus quia Dóminus regnávit.

Etenim corréxit orbem terræ, qui non commovébitur : * judicábit pópulos in æquitáte.

Læténtur cœli, & exsúltet terra ; † commoveátur mare, & plenitúdo ejus : * gaudébunt campi, & ómnia quæ in eis sunt.

Tunc exsultábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dómini, quia venit : * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte : * & pópulos in veritáte sua.

Glória Patri, &c.

### Psalmus 99

Jubilate Deo omnis terra : * servíte Dómino in lætítia.

Introíte in conspéctu ejus, * in exsultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus : * ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Pópulus ejus, & oves páscuæ ejus ; † introíte portas ejus in confessióne : * átria ejus in hymnis ; confitémini illi.

Laudáte nomen ejus, quóniam suávis est Dóminus ; † in ætérnum misericórdia ejus : * & usque in generatiónem & generatiónem véritas ejus.

Glória Patri, &c.

### Psalmus 102

Benedic ánima mea Dómino : * & ómnia quæ intra me sunt, nómini sancto ejus.

Bénedic ánima mea Dómino : * & noli oblivísci omnes retributiónes ejus.

Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis : * qui sanat omnes infirmitátes tuas.

Qui rédimit de intéritu vitam tuam : * qui corónat te in misericórdia & miseratiónibus.

Qui replet in bonis desidérium tuum : * renovábitur ut áquilæ juvéntus tua.

Fáciens misericórdias Dómi-

Digitized by Google

nus : * & judícium ómnibus injúriam patiéntibus.

Notas fecit vias suas Móysi : * fíliis Israel voluntátes suas.

Miserátor & misériçors Dóminus : * longánimis & multum misériçors.

Non in perpétuum irascétur : * neque in ætérnum comminábitur.

Non secúndum peccáta nostra fecit nobis : * neque secúndum iniquitátes nostras retríbuit nobis.

Quóniam secúndum altitúdinem cœli a terra : * corroborávit misericórdiam suam super timéntes se.

Quantum distat ortus ab occidénte : * longe fecit a nobis iniquitátes nostras.

Quómodo miserétur pater filiórum, † misértus est Dóminus timéntibus se : * quóniam ipse cognóvit figméntum nostrum.

Recordátus est quóniam pulvis sumus ; † homo sicut fœnum dies ejus : * tamquam flos agri sic efflorébit.

Quóniam spíritus pertransíbit in illo, & non subsístet : * & non cognóscet ámplius locum suum.

Misericórdia autem Dómini ab ætérno : * & usque in ætérnum super timéntes eum.

Et justítia illíus in fílios filiórum, * his qui servant testaméntum ejus.

Et mémores sunt mandatórum ipsíus, * ad faciéndum ea.

Dóminus in cœlo parávit sedem suam : * & regnum ipsíus ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino omnes Angeli ejus ; † poténtes virtúte, faciéntes verbum illíus : * ad audiéndam vocem sermónum ejus.

Benedícite Dómino omnes Virtútes ejus : * minístri ejus, qui fácitis voluntátem ejus.

Benedícite Dómino ómnia ópera ejus ; † in omni loco dominatiónis ejus : * bénedic ánima mea Dómino.

Glória Patri, &c.

PSALMUS 116

LAUDATE Dóminum omnes gentes : * laudáte eum omnes pópuli.

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus : * & véritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri, &c.

PSALMUS 148

LAUDATE Dóminum de cœlis : * laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus : * laudáte eum omnes Virtútes ejus.

Laudáte eum Sol & Luna : * laudáte eum omnes stellæ & lumen.

Laudáte eum cœli cœlórum : * & aquæ omnes quæ super cœlos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, & facta sunt : * ipse mandávit, & creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum, & in sæculum sæculi : * præcéptum pósuit, & non præteríbit.

Digitized by Google

Laudáte Dóminum de terra : * dracónes & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum, * quæ fáciunt verbum ejus.

Montes & omnes colles : * ligna fructífera, & omnes cedri.

Béstiæ & univérsa pécora : * serpéntes & vólucres pennátæ.

Reges terræ, & omnes pópuli : * príncipes, & omnes júdices terræ.

Júvenes & vírgines, † senes cum junióribus laudent nomen Dómini : * quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super cœlum & terram : * & exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus : * fíliis Israel, pópulo appropinquánti sibi.

*Non dicitur* Glória Patri.

PSALMUS 149

CANTATE Dómino cánticum novum : * laus ejus in ecclésia sanctórum.

Lætétur Israel in eo qui fecit eum : * & fílii Sion exsúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : * in tympano & psaltério psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo : * & exaltábit mansuétos in salútem.

Exsultábunt sancti in glória : * lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum : * & gládii ancípites in mánibus eórum.

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus : * increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus : * & nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis judícium conscríptum : * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

*Non dicitur* Glória Patri.

PSALMUS 150

LAUDATE Dóminum in sanctis ejus : * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ : * laudáte eum in psaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro : * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis benesonántibus, † laudáte eum in cymbalis jubilatiónis : * omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri, &c.

CANTICUM 3 PUERORUM. *Dan. 3.*

BENEDICITE ómnia ópera Dómini Dómino : * laudáte & superexaltáte eum in sæcula.

Benedícite Angeli Dómini Dómino : * benedícite cœli Dómino.

Benedícite aquæ omnes quæ super cœlos sunt Dómino : * benedícite omnes Virtútes Dómini Dómino.

Benedícite Sol & Luna Dó-

Digitized by Google

mino : * benedícite stellæ cœli Dómino.

Benedícite omnis imber & ros Dómino : * benedícite omnes spíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis & æstus Dómino : * benedícite frigus & æstus Dómino.

Benedícite rores & pruína Dómino : * benedícite gelu & frigus Dómino.

Benedícite glácies & nives Dómino : * benedícite noctes & dies Dómino.

Benedícite lux & ténebræ Dómino : * benedícite fúlgura & nubes Dómino.

Benedícat terra Dóminum : * laudet & superexáltet eum in sæcula.

Benedícite montes & colles Dómino : * benedícite univérsa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino : * benedícite mária & flúmina Dómino.

Benedícite cete & ómnia quæ movéntur in aquis Dómino : * benedícite omnes vólucres cœli Dómino.

Benedícite omnes béstiæ & pécora Dómino : * benedícite fílii hóminum Dómino.

Benedícat Israel Dóminum : * laudet & superexáltet eum in sæcula.

Benedícite Sacerdótes Dómini Dómino : * benedícite servi Dómini Dómino.

Benedícite spíritus & ánimæ justórum Dómino : * benedícite sancti & húmiles corde Dómino.

Benedícite Ananía, Azaría, Mísael Dómino : * laudáte & superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem & Fílium cum Sancto Spíritu : * laudémus & superexaltémus eum in sæcula.

Benedíctus es Dómine in firmaménto cœli : * & laudábilis, & gloriósus, & superexaltátus in sæcula.

### Canticum Zachariæ

Benedictus Dóminus Deus Israel : * quia visitávit, & fecit redemptiónem plebis suæ.

Et eréxit cornu salútis nobis : * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum : * qui a sæculo sunt, Prophetárum ejus.

Salútem ex inimícis nostris : * & de manu ómnium qui odérunt nos.

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris : * & memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum quod jurávit ad Abraham patrem nostrum : * datúrum se nobis.

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti : * serviámus illi.

In sanctitáte & justítia coram ipso : * ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, Prophéta Altíssimi vocáberis : * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus.

Digitized by Google

Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus : * in remissiónem peccatórum eórum.

Per víscera misericórdiæ Dei nostri : * in quibus visitávit nos, Oriens ex alto.

Illumináre his qui in ténebris & in umbra mortis sedent : * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri, &c.

*Hæc autem prædicta, prout longitudo itineris postulaverit, vel omnia, vel ex parte cantari possunt.*

*Deinde in Ecclesia, ubi fit statio, ante Altare dicuntur sequentes Versus & Orationes.*

℣. Benedíctus es, Dómine Deus patrum nostrórum.
℟. Et laudábilis & gloriósus in sæcula.
℣. Benedicámus Patrem & Fílium cum Sancto Spíritu.
℟. Laudémus & superexaltémus eum in sæcula.
℣. Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cœli.
℟. Et laudábilis, & gloriósus, & superexaltátus in sæcula.
℣. Bénedic ánima mea Dómino.
℟. Et noli oblivísci omnes retributiónes ejus.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DEUS, cujus misericórdiæ non est númerus, & bonitátis infinítus est thesáurus : † piíssimæ Majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes ; * ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad præmia futúra dispónas.

DEUS, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : † da nobis in eódem Spíritu recta sápere ; * & de ejus semper consolatióne gaudére.

DEUS, qui néminem in te sperántem nímium affligi permíttis, sed pium précibus præstas audítum : † pro postulatiónibus nostris votísque suscéptis grátias ágimus, te piíssime deprecántes ; * ut a cunctis semper muniámur advérsis. Per Dóminum nostrum, &c.



Digitized by Google

# DE PROCESSIONE IN TRANSLATIONE

## SACRARUM RELIQUIARUM INSIGNIUM

*Ecclesia & viæ per quas transeundum est, quam fieri potest decentius ornentur. Sacerdos & Ministri, vestibus induti albi, vel rubei coloris, prout Sancti, quorum Reliquiæ transferuntur, exposcunt, & cum luminaribus accensis, omnes procedant, decantantes Litanias cum invocatione Sanctorum quorum Reliquiæ deferuntur, & Hymnum* Te Deum, 109, *& Psalmum* Laudáte Dóminum de cœlis, 334, *cum duobus sequentibus & alios Psalmos & Hymnos de Proprio, vel de Communi eorum Sanctorum, quorum Reliquiæ transferuntur.*

Digitized by Google

# ITINERARIUM

*Quando solemniter fiunt preces pro itineratione alicujus prælati, omnia dicuntur ut in Pontificali, & cantatur sequens Antiphona.*

*Prælatus incboat.*

Aña. 7.




*Canticum* Benedíctus, *ut supra,* 336.

*Chorus repetit :*

Aña.













*Reliqua ut in Pontificali, vel Breviario.*

Digitized by Google

# ANTIPHONÆ ET RESPONSORIA

## AD RECIPIENDUM PROCESSIONALITER PRÆLATUM VEL LEGATUM




*Vel dicatur :*




Digitized by Google




*Si vero Legatus recipiendus ſit Diaconus Cardinalis, cantatur :*






¶ *Si duo vel plures reciperentur Legati, cantatur :*




*Postquam Processio intraverit Ecclesiam, Prælatus ipsius Ecclesiæ cantat versiculos & Orationem quæ sequuntur.*

℣. Protéctor noster ádspice Deus.
℟. Et réspice in fáciem Christi tui.

*Qui versus omittitur, si Prælatus receptus non sit Episcopus, aut saltem Presbyter.*

Digitized by Google

℣. Salvum fac servum tuum.
℟. Deus meus, sperántem in te.
℣. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére eum.
℣. Nihil profíciat inimícus in eo.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui facis mirabília magna solus : † prætende super hunc fámulum tuum, & cunctas congregatiónes illi commíssas, spíritum grátiæ salutáris ; * & ut in veritáte tibi compláceat, perpétuum ei rorem tuæ benedictiónis infúnde. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

*Deinde Cantores inchoant Antiphonam de sancto Patrono Ecclesiæ, eaque finita concinunt versiculum convenientem, Prælatus vero Orationem.*

¶ *In receptione solemni Abbatis Monasterii vel Superioris Generalis Congregationis, cantari potest* ℟. Fidélis namque, *cum versiculis & Oratione, ut supra.*

## AD RECIPIENDUM REGEM






*Deinde cantantur Hymni, vel alia Cantica magis placentia.*

℣. Deus judícium tuum Regi da.
℟. Et justítiam tuam fílio Regis.
℣. Salvum fac regem nostrum, Dómine.
℟. Deus meus, sperántem in te.
℣. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére eum.
℣. Nihil profíciat inimícus in eo.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.
℣. Fiat pax in virtúte tua.
℟. Et abundántia in túrribus tuis.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DEUS, cui omnis potéstas & dígnitas famulátur : † da huic fámulo tuo Regi nostro *N.* prósperum suæ dignitátis effectum ; * in qua te semper tímeat, tibique júgiter placére conténdat. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Digitized by Google

## AD RECIPIENDUM

# IMPERATRICEM, VEL REGINAM




℣. Salvam fac ancíllam tuam, Dómine.
℟. Deus meus, sperántem in te.
℣. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére eam.
℣. Nihil profíciat inimícus in ea.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.

Digitized by Google

℣. Fiat pax in virtúte tua.
℟. Et abundántia in túrribus tuis.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DEUS, cujus providéntia in sui dispositióne non fállitur, ineffábilem cleméntiam tuam súpplices exorámus : † ut sicut Esther Regínam, Israelíticæ plebis causa salútis, ad Regis Assúeri thálamum, regníque sui consórtium transíre fecísti ; * ita hanc fámulam tuam, Christiánæ plebis salútis grátia, ad grátiam tuam transíre fácias : † ut tibi super ómnia júgiter placére desíderet, & te inspiránte, quæ tibi plácita sunt, toto corde perfíciat ; * & déxteræ tuæ poténtia illam semper hic & ubíque circúmdet. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

¶ *In Receptione solemni Principissæ magnæ potentiæ, omnia dicuntur ut supra pro Regina, præter Orationem, quæ talis erit :*

OREMUS.

QUÆSUMUS omnípotens Deus : † ut hanc fámulam tuam ubíque sapiéntia tua dóceat & confórtet ; * atque eam Ecclésia tua fidélem semper agnóscat. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

## AD RECIPIENDUM PRINCIPEM MAGNÆ POTENTIÆ

℟. 1.



P OSU-I adju-tó- ri- um su-per po-tén-

Digitized by Google



tem, & ex-al-tá-vi e-lé- ctum de ple- be me-



a : * Ma- nus e- nim me- a auxi- li- á-



bi-tur e- i. ℣. Invé-ni Da-vid servum



me- um, ó- le- o sancto me- o unxi e- um.



* Ma- nus. Gló-ri- a. * Ma- nus.

℣. Salvum fac Príncipem nostrum, Dómine.
℟. Deus meus, sperántem in te.
℣. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére eum.
℣. Nihil profíciat inimícus in eo.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.
℣. Fiat pax in virtúte tua.
℟. Et abundántia in túrribus tuis.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

